DIOCESE DE PARIS

PAROISSE CATHOLIQUE
SAINT - EUGÈNE
SAINTE - CÉCILE

4, RUE DU CONSERVATOIRE
75009 PARIS

MERCREDI 2 MARS 2022
MESSE DE 19H

CELEBREE SELON LE MISSEL DE SAINT JEAN XXIII
(FORME EXTRAORDINAIRE)

MERCREDI DES CENDRES

A. *Sedens* IESVS *in monte Thabor, docet discipulos.*
B. *Hypocrita, exterminata facie ostentat ieiunium, cuius caput obsidet dæmon.*
C. *Alter homo hilari facie, & animo candido ieiunans, cuius capiti Angelus imminet.*
D. *Ciuitas, vbi hæc solent notari.*

DEUXIEME QUETE : POUR LES BESOINS MATERIELS ET L'APOSTOLAT DE LA PAROISSE

Merci de vérifier que votre téléphone portable est bien éteint.
N'HESITEZ PAS A EMPORTER CE FEUILLET : IL EST FAIT AUSSI POUR ETRE RELU A LA MAISON.

BENEDICTION DES CENDRES

PROCESSION D'ENTREE

Antienne Exaudi nos Domine – plain-chant & polyphonie (Henri de Villiers)

VIIEME TON - PSAUME LXVIII, 17 & 2

Exáudi nos, * Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua : secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum réspice nos, Dómine. – Ps. Salvum me fac, Deus : * quóniam intravérunt aquæ usque ad ánimam meam. – ℣. Glória Patri.

Exauce-nous, Seigneur, car tu es bon et miséricordieux ; selon la multitude de tes miséricordes, jette les yeux sur nous. – Ps. Sauve-moi mon Dieu, car les eaux submergent mon âme. – ℣. Gloire au Père.

℣. Dóminus vobiscum.
℟. **Et cum spíritu tuo**

(Aux féries de pénitence, on est à genoux pendant les oraisons).

Orémus. – Omnípotens sempitérne Deus, parce pœniténtibus, propitiáre supplicántibus : et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui bene†dícat, et sanctí†ficat hos cíneres, ut sint remédium salúbre ómnibus nomen sanctum tuum humíliter implorántibus, ac semetípsos pro consciéntia delictórum suórum accusántibus, ante conspéctum divínæ cleméntiæ tuæ facínora sua deplorántibus, vel sereníssimam pietátem tuam supplíciter obnixéque flagitántibus : et præsta per invocatiónem sanctiíssimi nóminis tui ; ut, quicúmque per eos aspérsi fuérint, pro redemptióne peccatórum suórum, córporis sanitátem et ánimæ tutélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum.

Prions. *– Dieu tout-puissant et éternel, pardonne à ceux qui se repentent, sois propice à ceux qui te supplient, et daigne envoyer du ciel ton Ange saint pour qu'il bé†nisse et sanc†tifie ces cendres, afin qu'elles soient un remède salutaire pour tous ceux qui implorent ton saint nom, qui ont conscience de leur fautes et s'en accusent eux-mêmes, qui déplorent leurs méfaits sous les regards de ta divine bonté, et sollicitent avec ardeur, par leurs supplications, ta très douce miséricorde. Et, par l'invocation de ton très saint nom, fais que toux ceux sur qui ces cendres seront répandues pour la rémission de leurs péchés, reçoivent la santé du corps et la protection de l'âme. Par le Christ notre Seigneur.*

℟. **Amen.**

Orémus. – Deus, qui non mortem, sed pœniténtiam desíderas peccatórum : fragilitátem conditiónis humánæ benignísime réspice ; et hos cíneres, quos causa proferéndæ humilitátis, atque promeréndæ véniæ, capítibus nostris impóni decérnimus, bene†dícere pro tua pietáte dignáre : ut, qui nos cínerem esse, et ob pravitátis nostræ deméritum in púlverem reversúros cognóscimus ; peccatórum ómnium véniam, et præmia pœniténtibus repromíssa, misericórditer conséqui mereámur. Per Christum Dóminum nostrum.

Prions. *– Dieu qui ne désire pas la mort des pécheurs, mais leur conversion, jette un regard de bonté sur la fragilité humaine, et daigne, dans ta miséricorde, bé†nir ces cendres que nous voulons recevoir sur nos têtes comme expression de notre humilité et pour nous concilier ton pardon ; à nous qui ne sommes que cendre, et qui, en punition de notre malice, devons retourner en poussière, fais que nous méritions d'obtenir, de ta miséricorde, la rémission de tous nos péchés et les récompenses promises à ceux qui font pénitence. Par le Christ notre Seigneur.*

℟. **Amen.**

Orémus. – Deus, qui humiliatióne flécteris, et satisfactióne placáris : aurem tuæ pietátis inclína précibus nostris ; et capítibus servórum tuórum, horum cínerum aspersióne contáctis, effúnde propítius grátiam tuæ benedictiónis : ut eos et spíritu compunctiónis répleas, et quæ juste postuláverint, efficáciter tríbus ; et concéssa perpétuo stabilíta, et intácta manére decérnas. Per Christum Dóminum nostrum.

Prions. *– Dieu qui se laisse fléchir par l'humilité et apaiser par la pénitence, prête l'oreille de ta miséricorde, et répands favorablement la grâce de ta bénédiction sur les têtes de tes serviteurs qui vont recevoir la purification de ces cendres : que tu les remplisses de l'esprit de componction et leur accordes leurs justes demandes, en maintenant en eux les grâces accordées. Par le Christ notre Seigneur.*

℟. **Amen.**

Orémus. – Omnípotens sempitérne Deus, qui Ninivítis in cínere et cilício pœniténtibus indulgéntiæ tuæ remédia præstitísti : concéde propítius ; ut sic eos imitémur hábitu, quátenus véniæ prosequámur obténtu. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Prions. *– Dieu tout-puissant et éternel, tu as accordé le secours de ta miséricorde aux Ninivites qui faisaient pénitence sous la cendre et le cilice : fais, dans ta bonté, que nous les imitions dans leur repentir et qu'ainsi, nous obtenions à leur instar le pardon. Par Notre Seigneur Jésus-Christ, ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu pour les siècles des siècles.*

℟. **Amen.**

Le célébrant impose l'encens, reçoit l'aspersoir et asperge trois fois les cendres en disant l'antienne Asperges me *; ensuite il les encense également trois fois.*

Le jour des CENDRES.

IMPOSITION DES CENDRES

LE CELEBRANT IMPOSE LES CENDRES EN DISANT : **GENESE III, 19**

Meménto, homo, quia pulvis es, et in púlverem revertéris.

Souviens-toi, homme, que tu es poussière, et que tu retourneras en poussière.

Pendant ce temps, le chœur chante les antiennes & répons suivants :

ANTIENNE

IER TON - JOËL II, 13

Immutémur * hábitu, in cínere et cilício : jejunémus et plorémus ante Dóminum : quia multum miséricors est dimíttere peccáta nostra Deus noster.

Changeons de vêtements, couvrons-nous de la cendre & du cilice, jeûnons et pleurons devant le Seigneur ; car notre Dieu tout-miséricordieux est prêt à nous remettre nos péchés.

ANTIENNE

IVEME TON - JOËL II, 17

Inter vestíbulum * et altáre plorábunt sacerdótes minístri Dómini, et dicent : Parce, Dómine, parce pópulo tuo : et ne claudas ora canéntium te, Dómine.

Qu'entre le vestibule et l'autel pleurent les prêtres et les ministres du Seigneur, disant : Epargne, Seigneur, épargne ton peuple ; et ne fermes pas la bouche de ceux qui te chantent, Seigneur.

REPONS

IIND TON - ESTHER XIII ; JOËL II ; PSAUME LXXVIII, 9

Polyphonie anonyme française de 1529

℟. Emendémus * in mélius quæ ignoránter peccávimus : ne súbito præoccupáti die mortis quærámus spátium pœniténtiæ, et invenire non possímus. * Atténde, Dómine, et miserére : quia peccávimus tibi.

*Amendons par une vie meilleure les fautes que par irréflexion nous avons commises, de peur que, saisis à l'improviste par le jour de la mort, nous ne cherchions le temps de faire pénitence sans pouvoir le trouver. * Ecoute, Seigneur, et aie pitié, car nous avons péché contre toi.*

℣. Adjuva nos, Deus salutáris noster : et propter honórem nóminis tui, Dómine, líbera nos. * Atténde, Dómine…

*℣. Secours-nous, Dieu de notre salut, et pour l'honneur de ton nom, Seigneur, délivre-nous. * Ecoute, Seigneur…*

℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. * Atténde, Dómine…

*℣. Gloire au Père, et au Fils, et au Saint-Esprit. * Ecoute, Seigneur…*

L'imposition des cendres étant achevée, le prêtre dit :

℣. Dóminus vobiscum.
℟. **Et cum spíritu tuo**

(On est à genoux pendant cette oraison).

Orémus. – Concéde nobis, Dómine, præsídia milítiæ christiánæ sanctis inchoáre jejúniis : ut contra spiritáles nequítias pugnatúri, continéntiæ muniámur auxíliis. Per Christum Dóminum nostrum.

Prions. *– Accorde-nous, Seigneur, de commencer par un jeûne sacré notre faction dans la milice chrétienne ; qu'appelés à combattre les esprits mauvais, nous soyons munis des armes que procure l'abstinence. Par le Christ notre Seigneur.*

℟. **Amen.**



A LA MESSE

STATION A SAINTE-SABINE A ROME
(A SAINT-CHRISTOPHE-DE-LA-CITE A PARIS)

INTROIT

IER TON - SAGESSE 11, 24-25 & 27, PSAUME 56, 2

MISERERIS, * ómnium, Dómine, et nihil odísti eórum quæ fecísti, dissímulans peccáta hóminum propter pœniténtiam et parcens illis : quia tu es Dóminus Deus noster. – Ps. Miserére mei, Deus, miserére mei : * quóniam in te confídit ánima mea. – ℣. Glória Patri.

Tu as eu pitié de tous, Seigneur, car tu ne hais rien de ce que tu as créé ; tu ne tiens plus compte des péchés des hommes, s'il font pénitence ; et tu as pitié d'eux, car tu es le Seigneur, notre Dieu. – Ps. Aie pitié de moi, Dieu, aie pitié de moi, car en toi se confie mon âme. – ℣. Gloire au Père.

KYRIE DES FERIES DE CAREME ET D'AVENT (PROPRE DE PARIS)



COLLECTE

℣. Dóminus vobiscum.
℟. **Et cum spíritu tuo**

(On est à genoux pendant cette oraison).

Orémus. – PRÆSTA, Dómine, fidélibus tuis : ut jejuniórum veneránda solémnia, et cóngrua pietáte suscípiant, et secúra devotióne percúrrant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Prions. *– Accorde, Seigneur, à tes fidèles de commencer dignement les jeûnes sacrés et de les pratiquer jusqu'au bout avec une piété persévérante. Par Notre Seigneur Jésus-Christ, ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu pour les siècles des siècles.*

℟. **Amen.**

LECTIO JOELIS PROPHETÆ

JOEL II, 12-19

Hæc dicit Dóminus : Convertímini ad me in toto corde vestro, in jejúnio, et in fletu, et in planctu.

Ainsi parle le Seigneur : Revenez à moi de tout votre cœur dans le jeûne, les larmes et le deuil !

Et scíndite corda vestra, et non vestiménta vestra, et convertímini ad Dóminum, Deum vestrum : quia benígnus et miséricors est, pátiens, et multæ misericórdiæ, et præstábilis super malítia.

Déchirez vos cœurs et non pas vos vêtements, et revenez au Seigneur votre Dieu, car il est miséricordieux et compatissant, lent à la colère et riche en grâce, ayant regret du mal.

Quis scit, si convertátur, et ignóscat, et relínquat post se benedictiónem, sacrifícium et libámen Dómino, Deo vestro ?

Qui sait ? S'il revenait, s'il regrettait, s'il laissait après lui une bénédiction : offrande et libation pour le Seigneur votre Dieu ?

Cánite tuba in Sion, sanctificáte jejúnium, vocáte cœtum, congregáte pópulum, sanctificáte ecclésiam, coadunáte senes, congregáte parvulos et sugéntes úbera : egrediátur sponsus de cubíli suo, et sponsa de thálamo suo.

Sonnez de la trompette en Sion ! Prescrivez un jeûne saint, publiez une solennité, réunissez le peuple, prescrivez une assemblée sainte, groupez les vieillards, réunissez enfants et nourrissons ! Que le jeune époux sorte de son foyer, que l'épousée sorte de sa chambre !

Inter vestíbulum et altare plorábunt sacerdótes minístri Dómini, et dicent : Parce, Dómine, parce pópulo tuo: et ne des hereditátem tuam in oppróbrium, ut dominéntur eis natiónes.

Entre le portique et l'autel, qu'ils pleurent, les prêtres, ministres du Seigneur ; qu'ils disent : « Epargne, Seigneur, épargne ton peuple, ne livre pas ton héritage à la honte, aux railleries des nations !

Quare dicunt in pópulis: Ubi est Deus eórum ?

Pourquoi dirait-on chez les peuples : Où est-il leur Dieu ? »

Zelátus est Dóminus terram suam, et pepércit pópulo suo.

Et le Seigneur s'est enflammé pour sa terre, il a eu pitié de son peuple.

Et respóndit Dóminus, et dixit populo suo : Ecce, ego mittam vobis fruméntum et vinum et óleum, et replebímini eis : et non dabo vos ultra oppróbrium in géntibus: dicit Dóminus omnípotens.

Le Seigneur a répondu, il a dit à son peuple : « Voici que je vous envoie le blé, le vin nouveau et l'huile : vous en serez rassasiés. Et je ne vous livrerai plus à l'insulte parmi les nations. » - Parole du Seigneur tout-puissant !

GRADUEL

IER TON - PSAUME LVI, 2 & 4

Miserére * mei, Deus, miserére mei : quóniam in te confídit ánima mea. – ℣. Misit de cælo, et liberávit me, dedit in oppróbrium conculcántes me.

Aie pitié de moi, Dieu, aie pitié de moi, car en toi se confie mon âme. – ℣. Il a envoyé du ciel son secours, et il m'a délivré ; il a couvert de honte ceux qui me foulaient aux pieds.

TRAIT

IIND TON - PSAUME CII, 10 & PSAUME LXXVIII, 8-9

Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos : neque secúndum iniquitátes nostras retíbuas nobis.

Seigneur, ne nous traite pas selon les péchés que nous avons commis, et ne nous châtie pas selon nos iniquités.

℣. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum : cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, qui páuperes facti sumus nimis.

℣. Seigneur, ne garde pas le souvenir de nos fautes passées, que tes miséricordes se hâtent de nous secourir, car notre misère est extrême.

(Ici on fléchit le genou).

℣. Adjuva nos, Deus salutáris noster : et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos : et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

℣. Secoure-nous, Dieu, notre Sauveur, et, pour la gloire de ton nom, Seigneur, délivre-nous, et pardonne-nous nos péchés pour la gloire de ton nom.

SEQVENTIA SANCTI EVANGELII SECVNDVM MATTHAEVM

MATTHIEU VI, 16-21

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Cum jejunátis, nolíte fíeri, sicut hypócritæ, tristes. Extérminant enim fácies suas, ut appáreant homínibus jejunántes.

En ce temps-là, Jésus dit à ses disciples : « Quand vous jeûnez, ne prenez pas un air sombre, comme les hypocrites : ils se donnent une mine défaite pour que les hommes voient bien qu'ils jeûnent.

Amen, dico vobis, quia recepérunt mercédem suam.

En vérité, je vous le dis, ils ont reçu leur récompense.

Tu autem, cum jejúnas, unge caput tuum, et fáciem tuam lava, ne videáris homínibus jejúnans, sed Patri tuo, qui est in abscóndito : et Pater tuus, qui videt in abscóndito, reddet tibi.

Mais toi, quand tu jeûnes, parfume-toi la tête et lave-toi le visage pour que les hommes ne voient pas que tu jeûnes, mais seulement ton Père, dans le secret ; et ton Père, qui voit dans le secret, te le rendra.

Nolíte thezaurizáte vobis thesáuros in terra : ubi ærúgo et tínea demólitur : et ubi fures effódiunt et furántur.

Ne vous amassez pas de trésors sur la terre, où la rouille et les vers détruisent, où les voleurs fracturent et emportent.

Thezaurizáte autem vobis thesáurus in cælo : ubi neque ærúgo neque tínea demolítur ; et ubi fures non effódiunt nec furántur.

Amassez-vous des trésors dans le Ciel, où il n'y a ni rouille ni vers qui détruisent, ni voleurs qui fracturent et emportent.

Ubi enim est thesáurus tuus, ibi est et cor tuum.

Là où est ton trésor, là aussi est ton cœur.

APRES L'HOMELIE

Canon de Jan Pererszoon Sweelinck (1562 † 1621) Organiste de Saint-Nicolas d'Amsterdam

Miserere mei, Dómine, & exaudi orátionem meam.

Aie pitié de moi Seigneur, & exauce ma prière.

OFFERTOIRE

℣. Dóminus vóbiscum.
℟. **Et cum Spíritu tuo.**

℣. Orémus.

Répons du Propre — **IIND TON - PSAUME XXIX, 2-3**

Exaltábo te, * Dómine, quóniam suscepísti me, nec delectásti inimícos meos super me : Dómine, clámavi ad te, et sanásti me.

Je t'exalterai, Seigneur, car tu m'as recueilli et que tu ne m'as pas abandonné à la délectation de mes ennemis ; Seigneur, j'ai crié vers toi, et tu m'as guéri.

PENDANT LES ENCENSEMENTS DE L'OFFERTOIRE

Peccavimus Domine, chœur des Fils d'Israël extrait de l'oratorio « Judith » (H. 391) de Marc-Antoine Charpentier (1643 † 1704), maître de la musique de la Sainte Chapelle

Peccávimus, Dómine, peccávimus,
injúste égimus, iniquitátem fécimus.
Sed tu, quia pius es, miserére nostri

Nous avons péché, Seigneur, nous avons péché, nous avons commis ce qui était injuste, nous avons fait l'iniquité. Mais toi, parce que tu es bon, aie pitié de nous.

SECRETE

Fac nos, quæsumus, Dómine, his munéribus offeréndis conveniénter aptári : quibus ipsius venerábilis sacraménti celebrámus exórdium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus,…

Prépare-nous, Seigneur, à offrir dignement le sacrifice par lequel nous inaugurons solennellement ce temps sacré et vénérable. Par Notre Seigneur Jésus-Christ, ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu…

PREFACE DU CAREME

℣. PER ómnia sæcula sæculórum.
℟. **Amen**.

℣. Dóminus vobíscum.
℟. **Et cum Spíritu tuo.**

℣. Sursum corda.
℟. **Habémus ad Dóminum**.

℣. Grátias agámus Dómino Deo nostro.
℟. **Dignum et justum est**.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus :

Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris, et præmia : per Christum Dóminum nostrum.

Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes :

℣. *... pour tous les siècles des siècles.*
℟. ***Amen.***

℣. *Le Seigneur soit avec vous.*
℟. ***Et avec ton esprit.***

℣. *Elevons nos cœurs.*
℟. ***Nous les avons vers le Seigneur.***

℣. *Rendons grâce au Seigneur notre Dieu.*
℟. ***Cela est digne et juste.***

Vraiment il est digne et juste, c'est notre devoir et c'est notre salut, de te rendre grâces, toujours et en tout lieu, à toi, Seigneur saint, Père tout-puissant, Dieu éternel.

Qui, par le jeûne corporel réprime les passions, élève les âmes, accorde la vertu et les récompenses, par le Christ notre Seigneur.

C'est par lui que les Anges louent ta majesté, les dominations t'adorent, les Puissances te révèrent en tremblant. Les Cieux & les Puissances des Cieux, avec les bienheureux Séraphins, te célèbrent dans une commune jubilation. Daigne permettre que, dans une profonde louange, nous unissions nos voix aux leurs pour chanter :

SANCTVS XVIII

Aux féries de pénitence, on se met à genoux pendant le *Canon* **et l'***Oraison dominicale***, qui en forme la conclusion, précisément depuis le** *Sanctus* **inclus jusqu'au** *Pax Domini sit semper vobiscum* **inclus.**



APRES LA CONSECRATION

O salutaris - adaptation depuis un Cherouvikon russe tiré du recueil dit du "Vieux Siméon" (1903)

O Salutáris Hóstia,
Quæ cœli pandis óstium :
Bella premunt hostília ;
Da robur, fer auxílium.

O vere digna Hostia,
Spes única fidélium :
In te confídit Fráncia ;
Da pacem, serva lílium.

Uni trinóque Dómino
Sit sempitérna glória :
Qui vitam sine término
Nobis donet in pátria. Amen.

Ô victime salutaire,
Qui nous ouvrez la porte du ciel,
L'ennemi nous livre combat,
Donnez-nous puissance, force & secours.

Ô vraiment digne Hostie
Unique espoir des fidèles,
En vous se confie la France,
Donnez-lui la paix, conservez le lys.

Au Seigneur un et trine
Soit la gloire sempiternelle ;
Qu'il nous donne dans la patrie
La vie qui n'a pas de terme. Amen.



AGNVS DEI XVIII



PREPARATION A LA COMMUNION

Confíteor Deo omnipoténti,
beátæ Maríæ semper Vírgini,
beáto Michaéli Archángelo,
beáto Ioánni Baptístæ,
sanctis Apóstolis Petro et Páulo,
ómnibus Sanctis, et tibi pater :
quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, et ópere :
mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa.

Je confesse à Dieu tout-puissant,
à la bienheureuse Marie toujours vierge,
au bienheureux Michel Archange,
au bienheureux Jean-Baptiste,
aux saints Apôtres Pierre et Paul,
à tous les saints et à vous mon père,
que j'ai beaucoup péché, par pensées, par paroles et par actions.
C'est ma faute, c'est ma faute, c'est ma très grande faute.

Ideo precor beátam Maríam semper Virginem,
beátum Michaélem Archángelum,
beátum Ioánnem Baptístam,
sanctos Apóstolos Petrum et Páulum,
omnes Sanctos, et te, pater,
oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

C'est pourquoi je supplie la bienheureuse Marie toujours vierge,
le bienheureux Michel Archange,
le bienheureux Jean-Baptiste,
les saints Apôtres Pierre et Paul,
tous les saints et vous mon père,
de prier pour moi le Seigneur notre Dieu.

Misereátur vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam æternam.

Que Dieu tout-puissant vous fasse miséricorde, qu'il vous pardonne vos péchés et vous conduise à la vie éternelle.

℟. **Amen.**

Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum, tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus.

Que le Seigneur tout-puissant et miséricordieux nous accorde le pardon, l'absolution et la rémission de nos péchés.

℟. **Amen.**

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.

Voici l'Agneau de Dieu, voici celui qui ôte les péchés du monde.

℟. **Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo & sanábitur ánima mea.** ***(ter)***

℟. ***Seigneur, je ne suis pas digne que tu entres sous mon toit, mais dis seulement une parole & mon âme sera guérie.***

COMMUNION

Miserere du chanoine Nicolas-Mammès Couturier (1840 † 1911), maître de chapelle de la cathédrale de Langres, en alternance avec le ton parisien, (traduction de l'Abbé de Bellegarde - 1772)

Miserere mei Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.	*Ayez pitié de moi, mon Dieu, selon votre grande miséricorde.*
Et secundum multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.	*Et selon la multitude de vos bontés, effacez mon iniquité.*
Amplius lava me ab iniquitate mea: * et a peccato meo munda me.	*Lavez-moi de plus en plus de mon iniquité, & purifiez-moi de mon péché ;*
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco * & peccatum meum contra me est semper.	*Parce que je connais mon iniquité, & que mon péché est toujours présent devant moi.*
Tibi soli peccavi, & malum coram te feci : * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.	*J'ai péché contre vous seul, j'ai fait le mal en votre présence ; afin que vous soyez reconnu juste dans vos paroles & victorieux dans vos jugements.*
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea.	*Car j'ai été formé dans l'iniquité, & ma mère m'a conçu dans le péché.*
Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.	*Car vous avez aimé la vérité, & vous m'avez manifesté les secrets & les mystères de votre sagesse.*
Asperges me hyssopo, & mundabor; * lavabis me, & super nivem dealbabor.	*Vous m'aspergerez avec l'hysope, & je serai pur ; lavez-moi, & je serai plus blanc que la neige.*
Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: * & exultabunt ossa humiliata.	*Vous me ferez entendre des paroles de joie & de consolation ; & mes os humiliés seront dans la joie.*
Averte faciem tuam a peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.	*Détournez votre visage de dessus mes péchés, & effacez toutes mes iniquités.*
Cor mundum crea in me Deus: * & spiritum rectum innova in visceribus meis.	*Mon Dieu créez en moi un cœur pur, & renouvelez l'esprit de droiture jusques dans mes entrailles.*
Ne projicias me a facie tua: * & Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me.	*Ne me rejetez pas de devant votre face, & ne retirez pas de moi votre Saint Esprit.*
Redde mihi lætitiam salutaris tui: * & spiritu principali confirma me.	*Rendez-moi la joie de votre salut, & rassurez-moi par la force de votre esprit.*
Docebo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.	*J'enseignerai vos voies aux pécheurs, & les impies se convertiront à vous.*
Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutaris meæ: * & exaltabit lingua mea justitiam tuam.	*O Dieu, mon Dieu, auteur de mon salut, délivrez-moi du sang que j'ai répandu, & ma langue annoncera avec joie votre justice.*
Domine, labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuam.	*Seigneur, vous ouvrirez mes lèvres, & ma bouche annoncera vos louanges.*

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Car si vous eussiez voulu un sacrifice, je vous l'aurais offert ; mais les holocaustes ne vous sont pas agréables.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum & humiliatum, Deus, non despicies.

Un esprit pénétré de douleur est un sacrifice que Dieu agrée : mon Dieu, vous ne méprise-rez pas un cœur contrit & humilié.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua, Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.

Seigneur, faites sentir à Sion les effets de votre bonté, afin que les murs de Jérusalem soient bâtis.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Alors vous accepterez le sacrifice de justice, les offrandes & les holocaustes : alors on immolera des veaux sur votre autel.

Antienne du Propre — **IIIEME TON - PSAUME I, 2-3**

Qui meditábitur * in lege Dómini die ac nocte, dabit fructum suum in témpore suo.

Qui médite sur la loi du Seigneur le jour et la nuit donnera son fruit en son temps.

POSTCOMMUNION

℣. Dóminus vobíscum.
℟. **Et cum spíritu tuo.**

(On est à genoux pendant ces oraisons).

Orémus. – Percépta nobis, Dómine, præbeant sacraménta subsídium : ut tibi grata sint nostra jejúnia, et nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Prions. *– Que la participations à ces sacrements, Seigneur, nous secoure, pour que nos jeûnes te deviennent agréables et soient profitables à notre salut. Par Notre Seigneur Jésus-Christ, ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu pour les siècles des siècles.*

℟. **Amen**

ORAISON SUR LE PEUPLE INCLINE

Orémus.

Prions.

Humiliáte cápita vestra Deo.

Inclinez vos têtes devant Dieu.

Inclinántes se, Dómine, majestáti tuæ, propitiátus inténde : ut, qui divíno múnere sunt refécti, cæléstibus semper nutriántur auxíliis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Sur ceux qui s'inclinent, Seigneur, devant ta Majesté, jette un regard bienveillant : qu'après avoir été rassasiés des largesses divines, ils soient toujours nourris du secours de la grâce céleste. Par Notre Seigneur Jésus-Christ, ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu pour les siècles des siècles.

℟. **Amen**

Benedicamvs Domino XVIII & benediction

Bénissons le Seigneur. *Rendons grâces à Dieu.*



Au dernier Évangile — Ave Regina cœlorvm

Salut ! Reine des cieux ! *Salut ! Souveraine des Anges !*



Salut ! Racine ! Salut ! Porte *Par laquelle la lumière s'est levée sur le monde !*



Réjouis-toi, Vierge glorieuse, *Belle entre toutes,* *Salut !*



ô pleine de beauté, *Et prie le Christ pour nous.*



PROCESSION DE SORTIE

VEME TON

Attende, Domine – plain-chant musical, harmonisation de M. le chanoine Gaston Roussel (1913 † 1985), curé du Port-Marly, maître de chapelle de la cathédrale de Versailles. Versets modernes, repris d'une ancienne litanie du rit mozarabe – les fidèles sont invités à chanter avec la Schola

℟. **Atténde, Dómine et miserére,**
quia peccávimus tibi

℣. Ad te Rex summe,
Omnium Redémptor,
Oculos nostros
Sublevámus flentes :
Exáudi Christe,
Supplicántum preces.

℣. Déxtera Patris,
Lapis anguláris,
Via salútis,
Jánua cœléstis,
Ablue nostri
Máculas delícti.

℣. Rogámus, Deus,
Tuam majestátem :
Auribus sacris
Gémitus exáudi :
Crímina nostra
Plácidus indúlge.

℣. Tibi fatémur
Crímina admíssa :
Contríto corde
Pándimus occúlta :
Tua, Redémptor,
Píetas ignóscat.

℣. Innocens captus,
Nec repúgnans ductus,
Téstibus falsis
Pro ímp*(i)*is damnátus :
Quos redemísti,
Tu consérva Christe.

℟. *Ecoutez, Seigneur, et ayez pitié, car nous a*
péché contre vous.

℣. *Vers vous, roi suprême,*
rédempteur de tous,
nous élevons nos yeux
baignés de larmes :
exaucez, ô Christ,
nos prières suppliantes.

℣. *Dextre du Père,*
Pierre angulaire,
Voie du salut,
Porte du ciel,
lavez-nous
des taches de nos fautes.

℣. *Nous implorons, ô Dieu,*
votre majesté :
que vos oreilles sacrées
exaucent nos gémissements.
Pardonnez-nous nos crimes
dans votre bonté.

℣. *Ces crimes, nous les reconnaissons :*
d'un cœur contrit,
nous mettons à nu devant vous
nos misères cachées :
ô Rédempteur,
que votre tendresse pardonne.

℣. *Innocent captif,*
emmené sans résistance,
condamné par de faux témoins
pour des méchants:
ceux que vous avez rachetés,
gardez-les, ô Christ.

Schola Sainte Cécile
Direction : Henri Adam de Villiers
à l'orgue, Touve R. Ratovondrahety

COR JUVENIS

GROUPE ETUDIANTS ET JEUNES PROFESSIONNELS